

LIBER GENESIS 7,1-24 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

1 Dixitque Dominus ad eum, ingredere tu, & omnis domus tua, in arcam:

te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

Et dixit Dominus ad Noach: Ingedere tu, & omnis domus tua in arcam;

quia te vidi iustum in conspectu meo in generatione ista.

(S) Et locutus est dominus ad Noe dicens (I) intra tu et omnis domus tua in arcam quia te vidi iustum in generatione ista.

(H) Dixitque dominus ad eum ingredi tu et omnis domus tua (in) arcam te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

Dixitque Dominus ad Noe: „Ingredere tu et omnis domus tua arcam; te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

Und er sprach zu Noah, geh du und dein ganzes Haus hinein in die Arche; denn dich habe ich gerecht vor mir befunden in diesem Zeitalter.

ER sprach zu Noach: Komm, du und all dein Haus, in den Kasten! Denn dich habe ich bewährt vor mir in diesem Geschlecht erseh.

2 Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et foeminam; de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et foeminam.
*Ex omni iumento mundo capies tibi septena septena, virum & uxorem eius:
& ex iumento, quod non mundum ipsum, bina, virum & uxorem eius.*

(E) A pecoribus autem mundis induces ad te septem et septem et a pecoribus inmundis bina et bina.

(H) Ex omnibus animantibus mundis tolles septena (et) septena masculum et foeminam de animantibus vero non mundis duo (et) duo masculum et foeminam.

Ex omnibus pecoribus mundis tolle septena septena, masculum et foeminam; de pecoribus vero non mundis duo duo, masculum et foeminam.

Von allem reinen Vieh magst du dir nehmen je sieben, Mann und sein Weib, und von allem nicht-reinen Vieh zwei, Mann und sein Weib.

Von allem reinen Getier nimm dir je sieben und sieben, ein Männchen

und sein Weibchen, und von dem Getier, das nicht rein ist, je zwei, ein Männchen und sein Weibchen!

3 Sed et de volatilibus coeli septena et septena, masculum et foeminam: ut salvetur semen super faciem universae terrae.

Etiam ex volatili coeli septena septena, masculum & foeminam, ad vivificandum semen super faciem universae terrae.

(X) Et de volatilibus caeli mundis septem et septem masculum et feminam et de volatilibus immundis duo et duo masculum et feminam (M) ut nutriatur semen in omnem terram.

(H) Sed et de volatilibus caeli septena (et) septena masculum et feminam, ut salvetur semen super faciem universae terrae.

Sed et de volatilibus caeli septena septena, masculum et feminam, ut salvetur semen super faciem universae terrae.

Auch von den Vögeln des Himmels je sieben, männlich und weiblich, behufs Fortpflanzung auf der ganzen weiten Erde.

Auch vom Vogel des Himmels je sieben und sieben, männlich und weiblich, Samen neuzubeleben auf dem Antlitz all der Erde.

4 Adhuc enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus: et delebo omnem substantiam, quam feci, de superficie terrae.

Quia ad dies adhuc septem, ego faciens pluere super terram quadraginta dies & quadraginta noctes; & delebo omnem substantiam quam feci,

a superficie terrae.

(S) Post septem dies inducam diluuium aquae per dies quadraginta totidemque noctes et deleam omnem generationem quam feci a facie terrae.

(A) Adhuc enim septem dies ego inducam pluviam super terram (I) et delebo omnem resurrectionem carnis a facie terrae.

(H) Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terrae.

Adhuc enim et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus et delebo omnem substantiam, quam feci, de superficie terrae.”

Denn noch sieben Tage – da lasse Ich regnen auf die Erde vierzig Tage und vierzig Nächte und werde wegwischen alles Bestehende von dem weiten Erdboden.

Denn noch sieben Tage, dann lasse ich auf die Erde vierzig Tage und vierzig Nächte und wische alles Bestehende, das ich machte, weg von dem Antlitz des Ackers.

5 Fecit ergo Noë omnia, quae mandaverat ei Dominus.

Et fecit Noach iusta omne quod praecepit ei Dominus.

(I) Et fecit omnia Noe quae mandavit ei dominus deus.

(H) Fecit ergo Noe omnia quae mandaverat ei dominus.

Fecit ergo Noe omnia, quae mandaverat ei dominus.

Und Noah tat gemäß allem, was ER ihm befohlen hatte.

Noach machte es, allwie ER ihm gebot.

6 Eratque sexcentorum annorum quando diluvii aquae inundaverunt super terram.

Et Noach filius sexcentorum annorum: & diluvium fuit: aquae super terram.

(I) Et erat Noe annorum sescentorum factum est diluvium.

(H) Eratque sescentorum annorum quando diluvii aquae inundaverunt super terram.

Eratque Noe sescentorum annorum, quando diluvii aquae inundaverunt super terram.

Und Noah war 600 Jahre, und der Mabbul war.

Sechshundert Jahre war Noach, als die Flut geschah, Wasser über die Erde.

7 Et ingressus est Noë et filii eius, uxor eius et uxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluvii.

Et ingressus est Noach & filii eius, & uxor eius, & uxores filiorum eius secum in arcam, a facie aquarum diluvii.

(I) Ingressus est autem Noe et filii eius et uxor eius et uxores filiorum eius (cum eo) in arcam.

(H) Et ingressus est Noe et filii eius (et) uxor eius et uxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluvii.

Et ingressus est Noe et filii eius, uxor eius et uxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluvii.

Und es ging[en] Noah und sein Weib und seine Söhne und die Weiber seiner Söhne mit ihm in die Arche, vor den Wassern des Mabbul.

Und Noach, mit ihm seine Söhne, sein Weib, die Weiber seiner Söhne, vor den Wassern der Flut in den Kasten kam.

8 De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucibus, et ex omni quod movetur super terram,

Ex iumento puro, & ex iumento quod non ipsum mundum, & ex volatili, & omni quod reptans super terram.

(A) Et a volatilibus mundis et volatilibus immundis et a pecoribus mundis et a pecoribus immundis et ab omnibus serpentibus in terra.

H) Et de animantibus quoque mundis et immundis et de volucibus et ex omni quod movetur super terram.

De pecoribus mundis et immundis et de volucibus et ex omni, quod movetur super terram.

Von den Tieren [gingen hinein] a) [die] reine Behema, b) [die] nicht-reine, c) [ohne diese Unterscheidung die] Vögel, d) alles, was auf dem Erdboden kriecht.

Und von dem reinen Getier und von dem Getier, das unrein ist, und von dem Vogel und allem, was auf dem Acker sich regt.

9 Duo et duo ingressa sunt ad Noë in arcam, masculus et foemina, sicut

praeceperat Dominus Noë.

*Bina bina ingressa sunt ad Noach in arcam masculus & foemina,
quemadmodum praecepit Deus Noach.*

(A) Duo (et) duo intraverunt ad Noe in arcam masculus et femina.

(H) Duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam masculus et femina sicut
praeceperat deus Noe.

**Duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus et femina, sicut
praeceperat Deus Noe.**

**Zwei und zwei kamen sie zu Noah in die Arche, als Männlein und
zugehöriges Weiblein, wie Gott dem Noah befohlen hatte.**

**Zwei und zwei zu Noach in den Kasten kamen, männlich und weiblich,
wie Gott dem Noach geboten hatte.**

10 Cumque transissent septem dies, aquae diluvii inundaverunt super terram.

Et fuit ad septem dies, & aquae diluvii fuerunt super terram.

(I) Et factum est post septem dies et aqua diluvii facta est super terram.

(H) Cumque transissent septem dies aquae diluvii inundaverunt super terram.

**Cumque transissent septem dies, aquae diluvii inundaverunt super
terram.**

**Und es geschah nach den sieben Tagen, da waren die Wasser des Mabbul
auf der Erde.**

**Nach dem Tagsiebt war's, da waren die Wasser der Flut über der
Erde.**

11 Anno sexcentesimo vitae Noë, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnae & cataractae coeli apertae sunt.

In anno sexcentesimo annorum vitae Noach, in mense secundo, in septima decima die mensis, in die hoc rupti sunt omnes fontes voraginis multae, & cataractae coeli apertae sunt.

(I) Sescentesimo anno vitae Noe secundo mense septima et vicensima mensis

(E) et erupti sunt omnes fontes abyssi et cataractae caeli apertae sunt.

(K) Proruperunt omnes abyssi et cataractae caeli patefactae sunt.

(H) Anno sescentesimo vitae Noe mense secundo septimo decimo die mensis

rupti sunt omnes fontes abyssi magnae et cataractae caeli apertae sunt.

Anno sescentesimo vitae Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magnae, et cataractae caeli apertae sunt.

Am 17. des 2. Monats des 600. Lebensjahres Noahs brachen auf alle Quellen der großen Tiefe, und des Himmels Schleusen öffneten sich.

Im Jahr der sechshundert Jahre des Lebens Noachs, in der zweiten Mondneung, am siebzehnten Tag auf die Neuung, an diesem Tag aufbrachen alle Quellen des großen Wirbels, und die Luken des Himmels öffneten sich.

12 Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

Et fuit pluvia super terram quadraginta dies & quadraginta noctes.

(S) Et factae sunt pluviae diluvii super omnem terram.

(I) Et facta est (erat) pluvia super terram (per) quadraginta diebus (dies) et quadraginta noctibus.

(H) Et facta (-ae) est (sunt) pluvia (-ae) super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

Es war ein Regen vierzig Tage und vierzig Nächte auf der Erde.

Der Schwall geschah vierzig Tage, vierzig Nächte auf die Erde.

13 In articulo diei illius ingressus est Noë, & Sem, & Cham, & Japhet, filii eius; uxor illius, & tres uxores filiorum eius cum eis, in arcam.

In corpore diei ipsius ingressus est Noach, & Sem & Cham & Jepheth filii

Noach, & uxor Noach, & tres uxores filiorum eius cum eis in arcam.

(E) In hac die intravit Noe et filii eius et uxor eius et uxores filiorum eius (cum eo).

(H) In articulo diei illius ingressus est Noe et Sem et Ham et Iafeth filii eius (et) uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eis (eo) in arcam.

In articulo diei illius ingressus est Noe et Sem et Cham et Iaphet filii eius, uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam.

An eben diesem Tage befanden sich in der Arche als Eingetretene: Noah und Sem und Ham und Jefet und die Frau Noahs und die drei Frauen seiner Söhne mit ihnen.

An ebendem Tag kam Noach und Schem, Cham, Jafet, die Söhne Noachs, das Weib Noachs und die drei Weiber seiner Söhne mit ihnen in den Kasten.

14 Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque iumenta in genere suo, & omne quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universae aves, omnesque volucres.

Ipsi & omnis bestia in specie sua, & omne iumentum in specie sua, & omne reptile reptans super terram in specie sua: & omne volatile in specie sua; omnis avis omne alatum.

(A) Et omnes bestiae secundum genus et omnia pecora secundum genus et omne repens quod movetur super terram secundum genus et omne volatile secundum genus.

(H) Ipsi et omne animal secundum genus suum universaque iumenta in (secundum) genus suum et omne quod movetur super terram (in terra) in genere suo cunctumque volatile secundum genus suum universae aves omnesque volucres.

Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque iumenta in genere suo, et omne reptile, quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universae aves omnesque volucres.

Sie [selbst] und alles Wild usw. ...

Sie und alles Wildlebende nach seiner Art, alles Herdentier nach seiner Art, alles Kriechgerege, das auf Erden sich regt, nach seiner Art, alle Vögel nach ihrer Art, alles Zwitschernde, alles Befittische.

15 Ingressae sunt ad Noë in arcam, bina & bina, ex omni carne, in qua erat spiritus vitae.

Et ingressa sunt ad Noach in arcam bina bina, ex omni carne, cuius in ea spiritus vitae.

(A) Intrarunt ad Noe in arcam bina ab omni carne in quo est spiritus vitae.

(H) Ingressae sunt (Ingressaeque) ad Noe in arcam bina et bina ex omni carne In qua erat spiritus vitae.

Ingressae sunt ad Noe in arcam, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitae.

Sie waren (sind) zu Noah in die Arche gekommen, je zwei von allem Fleisch, in dem Lebensgeist ist (war).

Die kamen zu Noach in den Kasten, zwei und zwei von allem Fleisch, worin Braus des Lebens ist.

16 Et quae ingressa sunt, masculus & foemina ex omni carne introierunt, sicut praeceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus deforis.

Et ingredientia, masculus & foemina ex omni carne, ingressa sunt; quemadmodum praecepit ei DEUS. Et clausit Dominus super eum.

(I) ... et clausit dominus deus a foris arcam.

(H) Et quae ingressa sunt masculus et femina ex omni carne introierunt sicut praeceperat ei deus et inclusit eum dominus (deus) de foris.

Et quae ingressa sunt, masculus et femina ex omni carne introierunt, sicut praeceperat ei Deus; et inclusit eum Dominus de foris.

Und die Kommenden, Männlein und Weiblein, von allem Fleische kamen sie, wie Elohim ihm befohlen hatte, und ER schloss hinter ihm zu.

Und die kamen, Männliches und Weibliches, von allem Fleisch kamen

sie, wie Gott ihm geboten hatte. ER schloss hinter ihm zu.

17 Factumque est diluvium quadraginta diebus super terram: et multiplicatae sunt aquae, et elevaverunt arcam in sublime a terra.

Et fuit diluvium quadraginta dies super terram, & multiplicarunt se aquae, & elevaverunt arcam, & elevavit se desuper terram.

(I) Et sic factum est diluvium quadraginta diebus et quadraginta noctibus super terram et (M) exundavit aqua et levavit arcam.

(H) Factumque est diluvium quadraginta diebus (et quadraginta noctibus) super terram et multiplicatae sunt aquae et elevaverunt arcam in sublime a terra.

Factumque est diluvium quadraginta diebus super terram, et multiplicatae sunt aquae et elevaverunt arcam in sublime a terra.

Und nun war der Mabbul vierzig Tage auf der Erde, und die Wasser schwollen an, und sie hoben die Arche, und sie kam höher als die Erde.

Vierzig Tage war die Flut über der Erde. Die Wasser stiegen und trugen den Kasten, er hob sich weg über die Erde.

18 Vehementer enim inundaverunt; et omnia repleverunt in superficie terrae: porro arca ferebatur super aquas.

Et invaluerunt aquae, & multiplicarunt valde super terram, & ambulavit arca super faciem aquarum.

(M) ... et ferebatur super summum aquarum.

(H) Vehementer inundaverunt et omnia repleverunt in superficie terrae

porro arca ferebatur super aquas.

Vehementer enim inundaverunt et omnia repleverunt in superficie terrae; porro arca ferebatur super aquas.

Hoch standen die Wasser und vermehrten sich sehr über der Erde, und dahin ging die Arche auf der Fläche des Wassers.

Die Wasser wuchsen und stiegen mehr über der Erde, der Kasten fuhr über das Antlitz des Wassers.

19 Et aquae praevaluerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub universo coelo.

Et aquae invaluerunt valde valde super terram; & operti sunt omnes montes excelsi, qui sub toto coelo.

(H) Et aquae praevaluerunt nimis super terram opertique sunt omnes montes excelsi sub universo caelo.

Et aquae praevaluerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub universo caelo.

Die Wasser hatten sehr, sehr die Oberhand über die Erde, und alle hohen Berge, die unter dem ganzen Himmel sind, waren bedeckt.

Mehr und mehr wuchsen die Wasser über der Erde, alle hohen Berge waren zugehüllt unter allem Himmel.

20 Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

Quindecim cubitis desursum invaluerunt aquae: & operti sunt montes.

(I) Quindecim cubitis superavit aqua super excelsos montes.

(H) Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

Fünfzehn Ellen hoch standen die Wasser, derart waren die Berge bedeckt.

Fünfzehn Ellen obenauf wuchsen die Wasser, so waren die Berge zugehüllt.

21 Consumptaque est omnis caro, quae movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium, quae reptant super terram: universi homines.

Et obiit omnis caro reptans super terram, & in volatili, & in iumento, & in bestia, & in omni reptili reptante super terram, & omnis homo.

(I) Et mortua est omnis caro quae movebatur super terram (A) volatilium pecorum et iumentorum et ferarum et omnis serpens qui movetur super terram et omnis homo.

(H) Consumptaque est omnis caro quae movebatur super terram volucrum (et) animantium bestiarum omniumque reptilium quae reptant super terram universi homines.

Consumptaque est omnis caro, quae movebatur super terram, volucrum, pecorum, bestiarum omniumque reptilium, quae reptant super terram, et universi homines.

Und es ging unter alles Fleisch, was auf die Erde tritt, es seien Vögel oder Vieh oder Wild oder irgendein Gewürm, das auf Erden wimmelt, und der Mensch.

Da verschied alles Fleisch, das auf Erden sich regt, Vogel, Herdentier, Wildlebendes und alles Gewimmel, das auf Erden wimmelt, und alle Menschen.

22 Et cuncta, in quibus spiraculum vitae est in terra, mortua sunt.

Omne quod status spiritus vitae, in navibus eius, ex omni quod in sicco, mortua sunt.

(I) Et omnia quaecumque habent spiritum vitae et omnis qui erat super aridam mortuus est.

(H) Et cuncta in quibus spiraculum vitae est in terra mortua sunt.

Cuncta, in quibus spiraculum vitae in terra, mortua sunt.

Alles, was Odem des Lebensgeistes in sich hatte, von allem, was auf dem Trockenem, sie starben.

Alles, das Hauch, Braus des Lebens in seinen Nasenlöchern hatte, was alles auf dem Festland war, es starb.

23 Et delevit omnem substantiam, quae erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres coeli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noë, & qui cum eo erant in arca.

Et delevit omnem substantiam quae erat super faciem terrae, ab homine usque ad iumentum usque ad reptile, & usque ad volatile coeli, & deleta sunt de terra, & remansit tantum Noach, & qui cum eo in arca.

(A) Et deleta est omnis suscitatio quae erat super faciem omnis terrae ab homine usque ad pecudem et reptentium et volatiliium caeli et deleta sunt

de terra (I) et derelictus est solus Noe in arca cum iis qui cum ipso erant.

(M) Delevit deus omne quod erat super faciem terrae ...

(H) Et delevit (deus) omnem substantiam quae erat super terram ab homine usque ad pecus tam reptile quam volucres caeli et deleta sunt de terra remansit autem solus Noe et qui cum eo erant in arca.

Et delevit omnem substantiam, quae erat super terram, ab homine usque ad pecus, usque ad reptile et usque ad volucres caeli; et deleta sunt de terra. Remansit autem solus Noe et qui cum eo erant in arca.

So hatte er ausgelöscht alles Bestehende, das auf der Fläche des Erdbodens war, so Mensch wie Vieh, so Gewürm, so Vögel des Himmels, und ausgelöscht waren sie von der Erde. Und übrig blieb einzig Noah und was mit ihm in der Arche war.

Er wischte alles Bestehende weg, das auf dem Antlitz des Ackers war, vom Menschen bis zum Tier, bis zum Kriechgerege, und bis zum Vogel des Himmels, weggewischt wurden sie von der Erde. Noach allein blieb übrig, und was mit ihm in dem Kasten war.

24 *Obtinueruntque aquae terram centum quinquaginta diebus.*

Et invaluerunt aquae super terram quinquaginta & centum dies.

(A) Et exaltata est aqua super terram centum quinquaginta dies.

(H) Obtinueruntque aquae terras (-am) centum quinquaginta diebus (dies).

Obtinueruntque aquae terram centum quinquaginta diebus.

Und die Wasser standen über der Erde hoch 150 Tage.

Die Wasser wuchsen über der Erde hundertundfünfzig Tage.